

320  
20

Z. n. 18.



Pr. IIIA.

VITÆ IMMORTALIS  
 ALIMENTUM  
 IN  
**ARBORE VITÆ**  
 GEN. II, 9. ET III, 22.  
 CONTEMPLATUS  
 AD  
 IMMORTALEM MEMORIAM  
 SERENISSIMORUM PRINCIPUM AC DOMINORUM  
**DOMINI**  
**AUGUSTI**  
 DIVI ILL. AUGUSTEI FUNDATORIS  
 ET  
**DOMINI**  
**JO. ADOLPHI**  
 DIVI EJUSDEM CONSERVATORIS  
 DUCUM SAXONIÆ JULIÆ CLIVIÆ AC MONTIUM ANGARIE  
 ET WESTPHALIÆ LANDGRAFIORUM THURINGIÆ MARCHIONUM  
 MISNIE ET UTRIUSQUE LUSATIÆ COMITUM PRINCIPUM HENNEBERGÆ  
 COMITUM MARCÆ RAVENSBERGÆ ET BARBIÆ DYNASTARUM  
 RAVENSTEINII &c. &c. &c.  
 PRINCIPUM AC DOMINORUM ET NUTRITORUM QUONDAM  
 NOSTRORUM LONGE CLEMENTISSIMORUM  
 QUORUM HIC D. 24. MAJi 1697. ET ILLE D. 4. JUNII 1680.  
 EX HAC MORTALI VITA PIE BEATEQUE MIGRARUNT  
 IN  
**ORATIONE ANNIVERSARIA**  
 QUA  
 D. 4. JUNII A. CURR. IN AUDITORIO ILL. AUGUSTEI MAJORI  
 HABEBITUR  
 DECENTER RECOLENDAM  
 ILLUSTRES SERENISSIMÆ AULÆ MINISTROS, UTRIUSQUE  
 REIPUBL PROCERES ET BONARUM ARTIUM AC  
 LITERARUM FATORES ET PROMOTORES UT ET  
 CIVES ILL. AUGUSTEI  
 OBSERVANTER HUMANITERQUE  
 INVITAT  
**M. CHRISTIANUS REINECCIUS, SS. TH. B.**  
 CONSIL. SAXO-QUERE. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P.P.



Ominem primum & ad **D**ominum ad immortalem vitam primi-  
tus creatum esse Sacra affatim testantur oracula; & immensa  
adhuc post lapsum vivendi cupiditate duci homines, ho-  
mines quotidie loquuntur, & remedia sua prorogandæ  
vitæ anxie querunt. In Paradiso præsentissimum conser-  
vanda & perpetuanda sine fine vitæ medium ordinatum à  
Deo Arbor vita celebratur communis Doctorum sententia,  
nec tamen sine omni contradictione. Sic multa pasim dis-  
putantur apud Patres, Scholasticos & Scripturarum Interpretes aliquos de **A**rbo-  
**R**e **V**ita, & queruntur: an qua de illa Moses Gen. 2, & 3. c. refert, literaliter sint intelligenda, an sensu arcano & mystico, quo totam historiam lapsus pervertunt Job. Ba-  
ptista von Helmont & Franciscus Mercurius von Helmont aliquis V. D. Zach. Grapis  
Theol. recens Controv. P. 2, p. 148. & quos allegavit. Item queruntur: An arbor  
vita unica tantum fuerit arbor & undum individuum, an unius speciei arbores plures  
nemus quasi quoddam fuerit arborum vita? V. Bonfrerius Comp. p. 17. J. A. Sander in  
Pent. p. 91. Varenus p. 142. Wiesius de Fod. Dei p. 57. Marckis de Paradiso  
p. 164. & Comment. in Apoc. p. 102. Salomo von Till de Paradiso p. 192. Biermann  
in Mose & Christo p. 19. Burmann Com. h. l. &c. Et porro: An **Vita naturalis**  
conservandæ inservire debuerit vi divinitus indita & naturali, an spiritualis potius &  
**Eterna vita** symbolum, signum vel Sacramentum & memoriale tantum esse debue-  
rit vi significativa & moralia, quod Sacramentaria volunt V. Calbinus. Parens. Riberus  
Com. h. l. &c. item Marckius l. c. p. 165. seqq. Tillius l. c. p. 195. Vitrina Observ.  
h. l. c. 13. Burmann &c. Imo disputatur: Anne omnia que de **Arbore Scientia**  
**Boni & Mali** & de **Arbore vita** earumque nominibus, usu & virtute tradantur, à Diabolo  
in tentatione primorum Parentum confusa sint ad decipiendum primos homines?  
Ita, ut Deus quidem plantaverit has arbores, ut reliquias omnem, non autem nomina-  
verit his nominibus, nec illis, qui referuntur, usibus destinaverit, sed Diabolus ren-  
tando homines hec illis arboribus nomina dederit, eamque virtutem affinxerit  
fraudulenter, & in ei decepterit Evan & per Evan Adamum. Hanc sententiam  
magnus Scripturarum interpres D. Sebastianus Schmidius acceptavit in disputatione  
Philologica ad Gen. II, 4.-10. sub præsidio D. Job. Schmidii Argentorati 1643. habi-  
ta, & rursus defendit in alia disputatione Fasciculi Disputat. Theologico-Phil. disp.  
9. p. 55. contra Notas Philol. Theod. Hackspani, & in Commentario in Genesim  
p. 26. iii. repetit fuisus & plenius. Huc vero Summa sententia ejusredit, & hic  
ordo est. (1.) Arbores Gen. 2, 9. 16. 17. per **etiam** & **et** anticipationem tantum appelleantur nominibus, que postea à Diabolo acceperunt in tentatione Eva. V. Schmid.  
Comp. p. 26. (2.) Diabolus occasione nuditatis Gen. 2, 15. memorata tentare Evan coepit  
Gen. 3, 2. & particula 27. **N**on **E**tiam quod, quanto magis & c. aliiquid præcessisse inuitat.  
Hanc ei nuditatem Satan obiecit tanquam turpem Gen. III, 1, 5. V. Schmid. l.c. p. 36. &  
38. 41. (3.) Sed respondit juxta Schmidium Eva, se nullam in nuditate sentire turpi-  
tudinem, dum mens sancta & casta sit & sine peccato. (4.) Einxit igitur personatus Serpens, ex defectu scientia id illam non posse sentire: arborem esse in medio  
horti, quam jure vocare posset **Arborem Scientia Boni & Mali**, quæ tantam come-  
dientibus datura esset boni & mali scientiam, ut Deo similes fiant, indeque & hoc co-  
gnoscant, turpem esse illam nuditatem l. c. & p. 40. (5.) Hanc Satanæ illusionem,  
qua Satan Evan aggressus est, Deus non serens intervenit interdicto & prohibet, ne ad voluntatem Diaboli comedant de **Arbore Scientia Boni & Mali**, sub communio-  
ne mortis l. c. Attamen (6) Diabolus rursus aggreditur Evan Gen. 3, 1. seqq. adfe-  
verando, vera esse quæ ipse dixit de **arbore Scientia Boni & Mali**, eosque non mori-  
turos esse: & ut hoc firmiter persuadeat, mox novo contra mortem, quam Deus mi-  
nistrat erat, medicamento, **arbore sc. Vita**, quam per eandem sic appellavit fran-

dem, eos instruit & jubet, ut post comeditionem de *Arbore Scientia B. & M.* ad alteram mox *Arborem Vitæ* ad properent comedantque, ut in vivis maneant l. c. p. 52. Eoque ipso (7.) mox obtinuit Tentator, ut comederet Mulier de *Arbore Scientia Boni & Mali*, Viroque suo fructum eundem comedendum porrigeret, qui & ipse comedit. Quo facto (8.) Deus, ne peccatum peccato cumularent primi Parentes, & cederent sua fore & clusore Diabolo etiam de *Arbore Vitæ* l. c. p. 52., eos *Paradiso* ejecit, & viam ad *Arborem Vitæ* per Cherubinos illis obstruxit. Hæc D. *Seb. Schmidii* sententia est, quam tuerit quoque D. *Job. Henr. Majus* in dissert. Sacr. p. 359. & urget D. *Fecitius* in Th. *Theatrico-Pol.* c. 7. §. 27. &c. Et quantum ad *Arborem Scientia B. & M.* spectat, jam olim *Ruperus & Abulensis* à Diabolo, arbore illi nomen impositum esse, opinati sunt, v. *Leon. Marius* in Pent. p. 29.; & hodie in Anglia *Guilielmus Nicholls* in Collatione cum *Theista* Anglice scripta & Londini 1696. edita idem p. 210. sentit Vid. Lip. Act. Erud. 1696. p. 544. Sed de *Arbore Vitæ* non memini hoc me legere apud quenquam Veterum, nec hodierni Scripturarum Interpretibus multum has esse probatas D. *Schäffiani Schmidii* conjecturas novi. Illa enī ipsius Théologi hujus magni modello fuit, ut ultra verisimilem & probabilem conjecturam non eveneret hanc suam sententiam. Et momenta, quibus vel suam suffulcit vel communem oppugnat sententiam, tam firma esse non potuerunt, ut a recepta sententia quenquam facile dimoverent. Nam (1.) illa notinum anticipatio, alias in Scripturis non infolens, h. l. nulla in texu Moysaico vestigia haberet, ne dum fundamenta. Sed ut Gen. 2, 9. Arbores illæ à Deo procreatae leguntur, ita & nominatae à Deo & primis Parentibus creduntur, donec contrarium certius constet. Maxime, quod Deus ipse sine ullo indicio rei alter gestæ & fine illa reprehensione & censura horum nominum, arbores hisce nominibus simpliciter nominet Gen. 2, 9. & legem dei de non comedendo ex *arbore Scientia B. & M.*, & quantum ordo Moysaicus suggredit, quem sine necessitate si non deserimus, antequam crearetur Eva. Gen. 2, 17. - 22. Nec (2.) ex Gen. 2, 25. clarum est, Diabolum tentationis occasionem accepisse à nuditate primorum Parentum, indeque initium summissæ tentationis, dum l. c. commincaturatio nuditatis & negatus pudor peccaminosus rectissime referatur ad rationem conjugii ibidem descripti, atque ita à castitate & sanctitate laudati: & Gen. 3, 7. nuditatem spiritualem, mortem, peccatum & pravam concupiscentiam in nuditate corporis animadvertisse statim memorantur primi Parentes & hanc rexisse foliis fecis, sed de turpitudine nuditatis corporeæ à Diabolo ante objecta nihil inde habetur, & mera conjectura est, quæ sèpe licentior fuit apud Job. Bapt. ab Helmont, Rob. Flud & alios. Constituit & Spiritui maligno, qui וְיַדְעָה dicitur, sua loquendi libertas in verbis v. 5. & Spiritui Sancto v. 7. וְיַדְעָה nudos per peccatum Parentes factos describenti. Et dubium adhuc est, an aliquid vi particularum יְהִי Gen. 3, 1., & quid præcesserit in Diabolica illatentatione. Exigua ergo (3.) verisimilitudine conjicitur ordo iste tentationis, & quod Diabolus tali ac tali occasione arboribus ista nomina dederit. Negat hoc (4.) evincit, quod dicitur, eandem, que arboris fuit scientia B. & M., rationem fuisse arboris vitæ, ut sc. utraque fuerit à Deo verita Gen. 3, 22. Non enim eadem prorsus & equali ratione utraque arbor verita legitur nec censi potest. Arbor scientia B. & M. fuit verita in Statu innocentia per expressum Dei mandatum Gen. 2, 17., quod non legitur de *Arbore Vitæ*, quæ comprehenditur certissime verbis וְיַדְעָה ex omni arbore comedendo comedes Gen. 2, 16., & vi hujus *Arbore Vitæ* Gen. 2, 9., nec non insinuat virtus Gen. 3, 22. & in S. Literis pasim inde petitæ denominationis & allusionis Prov. 3, 18. 19. 12. 15. 4. Syr. 22, 2. Apoc. 2, 7. 22. 2. 14. (in quibus omnibus nullum indicium est appellacionis per oppositionem *veræ & falsæ*, quod falso nominata fuerit Paradisiaca & vere dictæ arbores Vitæ Prov. 3, 18. &c.) ordinata fuit tanquam cibus vite, quo vitam homo & immortalitatem, quæ natura inerat eideum conservaret. Si autem *Arbor Vitæ* l. c. omniuersa verita intelligi-

tur, censetur vetita sub respectu lapsus & in statu peccati & vi decreti divini: quo die comederis, moriendo morieris. Sit ergo sensus loci citati Gen. 3, 22. Ecce Homo fuit factus unus ex nobis (personis Divinis) sciendo bonum & malum (& tamen peccavit.) Nunt ergo (in statu peccati) ne emitas manum suam & sumat etiam (contra nostrum de morte decretum) de arbore vita & comedat ut vivat in eternum; (atque ita peccatum peccato cumulet & miseram vivat vitam: emitamus eum ex horto.) Quoniam nativa arboris Vita virtus vivifica non destruetur. Neque (i) obstat, longeva vita, quam nihilominus retinerunt post lapsum homines, ut non opus fuerit eos ab accessu arboris impediri: nam haec ipsa non fuit sine sensu mortalitatis & infirmitatis, nec cum vita immortalis in Statu integrarisi & hujus Status longevitate immutabili per usum arboris vita acquirenda, conserfi paret. Utique nec conferenda cum vita quam, posito casu, Arbor vita etiam homini lapsu dare potuisset. V. Varenius l.c. p. 385. lq. Nec est quod dicas (6). Arboris vita nec ante lapsum quicquam profuisse, cum homo creatus fuerit immortalis: nec post lapsum quicquam valere potuisse contra mortis decretum. Nam illa immortalitas, quam primus homo beneficio naturae in optimis harmonia & complexione conditæ, qua ad dissolutionem sui nulla ratione intrinseca vergeret, habuit, non fuit absoluta, sed ordinata & adstricta ad media, cibum & potum & usum arboris vita. Sicut vero data lex & observatio mandatorum Dei non obstat integrari primi hominis, ita nec immortalitatis usus cibi & arboris vita, que quidem non indidit, sed conservasset homini vitam immutabilem. In decreto autem mortis, mors spiritualis & alterna portisimum intelligitur Rom. 5, 23. Et si mors corporalis non excluditur, tamen decretum mortis non probat hominem post lapsum penitus desistere subiectum apicum, in quo Arbor vita suam exerceret virtutem concretam, sed potius hominem abigendum fuisse ab usu hujus arboris, quod etiam factum. Potuisset quidem Deus facile hanc collere arborem, aut sua virtute eam privare, sed maluit hominem ejicere Paradiso & viam præcludere per Cherubinos: quia contra decretum mortis etiam voluisse comedere de arbore vita & vivere in eternum, fuisset peccatum, quo peccatum peccato cumulasset homo. V. Varenius l.c. Lutkemann de Paradiſo &c. Tantum ergo absit (7) ut dici possit, falsa esse nomina, ut potius congrua usui censeri debeat imposita, & quidem Arbor Scientie B. & M. ab usu, ad quem Deus illam ordinavit, ut homo Dei & mandati Divini recordatus experiretur in sua obedientia bonum esse obedire Deo, & malum non obediere: & Arboris vita e a virtute divinitus indita ad conservationem vitez. Non enim opus fuit, ut æqualiratione ab efficientiæ equali habeantur duæ arbores acciperent nomina. Nec sequitur: Arbor Scientie B. & M. non habuit naturaliter instans virtutem dandi scientiam E. nec Arbor vita &c. E. utriusque nomina falsa sunt & non à Deo, sed à Diabolo imposita. Verum finem faciens hujus contemplationis Alimenti Vita immortalis in Arbore vita adhuc liberum relinque. B. L. judicium, & in Oratione Anniversaria Memoriali planiora VITÆ & MEMORIÆ IMMORTALIS REMEDIA commemoraturus sum, quibus Immortalis Vita & memoria Principes DIVUS AUGUSTUS & DIV. JOH. ADOLPHUS, Duces Saxonia, fulge, Clivium & Montium & reliquarum Terrarum, Principes Serenissimi, Domini & Nutritores quondam Ill. Augustei Munificentissimi Clementissimique, vitam vivunt immortaliter & in memoria omnium benedicta vident. Illustris igitur Aule Serenissime Ministros, utriusque Reip. Proceros, Literarumque Amatores & Illustris Augustei Cœs eo quo decet animi cultu & amore enixissime rogo atque oro, ut honorifica sua praesentia Panegyri nostrâ ornare & nobiscum decenter recolere Augustam Serenissimorum Principum memoriam, ne graventur. P. P. Dom. I. post Trinit. A. O. R. M DCC XXIII.

LEUCOPETRÆ,  
LITERIS G. A. LEGII, AUL. ET AUGUST. TYPOGR.

Nc 885.  
40

ULB Halle  
001 556 347




3

Sb.

WAN

7.6.5





16

**VITÆ IMMORTALIS  
ALIMENTUM  
IN  
ARBORE VITÆ  
GEN. II, 9. ET III, 22.  
CONTEMPLATUS**  
**AD  
IMMORTALEM MEMORIAM  
SERENISSIMORUM PRINCIPUM AC DOMINORUM  
DOMINI  
AUGUSTI  
DIVI ILL. AUGUSTEI FUNDATORIS  
ET  
DOMINI  
JO. ADOLPHI**  
**DIVI EJUSDEM CONSERVATORIS  
DUCUM SAXONIÆ JULIÆ CLIVIÆ AC MONTIUM ANGA-  
RIÆ ET WESTPHALLÆ LANDGRAFIORUM THURINGIÆ MARCHIONUM  
MISNIÆ ET UTRIUSQUE LUSATIÆ COMITUM PRINCIPUM HENNEBERGÆ  
COMITUM MARCÆ RAVENSBURGÆ ET BARBÆ DYNASTARUM  
RAVENSTEINII &c. &c. &c.  
PRINCIPUM AC DOMINORUM ET NUTRITORUM QUONDAM  
NOSTRORVM LONGE CLEMENTISSIMORVM  
QUORUM HIC D. 24. MAJII 1697. ETILLE D. 4. JUNII 1690.  
EX HAC MORTALI VITA PIE BEATEQUE MIGRARUNT**  
**IN  
ORATIONE ANNIVERSARIA  
QUE  
D. 4. JUNII A. CURR. IN AUDITORIO ILL. AUGUSTEI MAIORI  
HABEBITUR  
DECENTER RECOLENDAM  
ILLUSTRES SERENISSIMÆ AULÆ MINISTROS, UTRIUS-  
QUE REIPUBL. PROCERES ET BONARUM ARTIUM AC  
LITERARUM FAUTORES ET PROMOTORES UT ET  
CIVES ILL. AUGUSTEI  
OBSERVANTER HUMANITERQUE  
INVITAT**  
**M. CHRISTIANUS REINECCIUS, SS. TH. B.  
CONSIL. SAXO-QUERE. ILL. AUGUSTEI RECTOR ET P. P.**